

ILLUSTRI ET GENERO-
SO COMITI, DOMINO IOANNI
PATRI COMITI NASSAVIAE, CATTEN-
elbogen, Viandæ, Diez, Domino in Beil-
stein, Domino suo clementissimo La-
zarus Schonerus S. P. D.



Ollegi jam prideim, illustris &
generose domine Comes, pro
mea schola Corbachiensi de A-
rithmetica facultate quicquid
Petrus Ramus probasse, & quicquid, si
superfuisset ætas, probaturus mihi vide-
batur: idq; hortantibus nonnullis amicis
meæ disciplinæ in lucē passus sum exire,
expectatione forsan inferius, sed tamen
eiusmodi, quod mecū diutius delitesce-
re recusaret. Constatbat P. Ramum à no-
vissima editione confessim elementa sua
mathematica fecisse meliora, de quibus
tamen nihil adhuc nobis est cōspectum.
Qui verò cum ipso vixerunt, qui certè
& opinione nostra plures, & ingenio su-
periores supersunt, horum operam non
licuit rem scholasticam gerenti expecta-
re. Interea si quod in perpetuis diffi-
cultatibus, cum parum ocii daretur, stu-
dui efficere, veré sum assecutus, est quod

† 2